

abscondens eos in Tabernaculo suo in die malorum, & protegens eos in abscondito Tabernaculi sui, donec veniat tempus in quo procedant completo jam numero fratrum, & percipiant regnum quod eis paratum est ab origine mundi.

Septimum ex eodem serm. 4 in quo manifestius sentire videtur animas sanctorum nunc in sola humanitatis Christi visione quiescere, donec in generali iudicio exalcentur usque ad visionem divinitatis, verbis illis continetur: Porro altare istud de quo nobis habendus est sermo (loquitur autem de altari cuius meminit S. Joannes Apoc. 6. *Vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Dei*) ego pro meo sapere, nihil aliud arbitror esse quam corpus ipsum Domini Salvatoris. Credo autem quod & ego super hoc sensum ejus habeam, præter in eum audiam eum in Evangelio promittentem, *Ubi cum que fuerit corpus, illic conregabuntur & aquila*. Interim ergo sub Christi humanitate feliciter Sancti quiescunt, in quam nimirum desiderant & angeli ipsi prospicere, donec veniat tempus quando jam non sub altari collocentur, sed exalcentur super altare, sed quid dixi? Numquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel Angelorum assequi poterit quis, necum superare? Quoniam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos qui nunc sub altari quiescunt? Visione utique & contemplatione, non pralatione. Ostendit enim nobis filius (ut pollicitus est) semetipsum non in forma servi, sed in forma Dei. Ostendit etiam nobis Patrem & Spiritum Sanctum, sine qua nimirum visione nihil sufficeret nobis. Hæc Bernardus. Et postea; Transiens ministrabit nobis, novus utique, & usque ad tempus illud nobis penitus inexpertas delicias manifestæ suæ contemplationis.

Atque hæc sint auditores, quæ tùm Alphonso, tùm alijs quibusdam persuaserunt Bernardum, virum alioquin scripturæ scripturæ peritissimum, patrem & sanctissimum, Sanctis animabus beatitudinem negare donec occurrant omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Monet tamen Alphonso de de Bernardo talem opinionem concipere, amore veritatis, non zelo amaritudinis, cumque ab hæreseos labe eximit quod Ecclesia nullum hac de re decretum edidisset, ut postea fecit. Nam præter Innocent. 3. assertiones, cap. *Cum Marthe* tit. de Celebratione missarum: Cap. *Majores*, & cap. *Debitum* tit. de Bapt. Cap. *Apostolus cum* tit. de presbitero non baptizato: quarum assertionum prima dicit sanctos nostris orationibus non indigere, quia cum sint perfectè beati, omnia eis ad votum succedunt: secunda, per Sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati, culpam remitti, damnationis periculum evitari, ad regnum cælorum etiam perveniri, cuius januam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referavit: tertia Judæum qui cum in mortis articulo constitutus inter Judæos tantum existeret, seipsum in aquam immerferat dicendo: Ego me baptizo in Nomine patris & Filij & Spiritus Sancti, si continuò decessisset, ad patriam protinus evolaturo, propter Sacramenti fidem, etli non propter fidei Sacramentum: quarta, Presbyterum qui sine unctione baptismatis extremam diem clauserat, quia in Sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione persevera-

verat, ab originali peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum. Præter has inquam Innocentij 3. assertiones: Benedictus ejus nominis vndecimus Pontifex expressam hac de re definitionem dedit; quem secuti patres Florentinæ Synodi, *Definimus* (ajunt) *illorum animas qui post baptismum susceptum nullum omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam que post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, prout superius dictum est, sunt purgate; in cælum max recipi & inueneri clavè ipsam Deum trinum & unum sicuti est, pro meritum tamen diversitate, alium alio perfectius.*

Sed jam quid his definitionibus consonum, quid fidei consentaneum, eadem cum Ecclesiæ patribus mente, eademque sententia, Bernardus scripserit; ipso loquente audiamus. Serm. 2. de Ascensione Domini: *Quam felix inquit, quam Christus digna ista processio, ad quam ne ipsi quidem adhuc ascendit Apostoli digni fuerunt admitti, cum & animarum ad Pa-sanctarum & cælestium virtutum triumphali portam cæpa deductus ad patrem, sedet à dextris Dei. Et sanctis Sermone 2. de die Pentec. Christum Dominum animam alloquens, Quanta ascenditis gloria, cum mebus. dicit Angelorum & animarum sanctarum ad patrem deduceri, & triumphatice palma cælis invectus, susceptum hominem in ipsa divinitatis claritas identitate? An non hic asserit animas sanctorum, Christo in cælum ascendente, ascendisse? Apertiora videamus.*

In vigilia Apostolorum Petri & Pauli; *Tria sunt quæ in festivitatis sanctorum vigilantibus considerare debemus, auxilium Sancti, exemplum ejus, confusionem nostram. Auxilium ejus, quia qui pos Sancti tens in terra, potentior est in cælis, ante faciem sunt in Domini Dei sui. Et postea; Quam potentiores cælis an sunt in cælis qui tam potentes fuerunt in terris? te facit & qui nobis reliquerunt majora exempla; quam Dei. illi, qui in fame & siti, in frigore & nuditate: & in omnibus illis quæ Paulus enumerat, jugiter sunt afflicti, & demum felici martyrio regna cælestia confecerunt? Sermone 2. de iidem, Si in terra adhuc positi, omnia poterant, non quidem in se sed in Christo, quid non poterunt hodie viventes in æterna felicitate? Ecce Bernardo Sanctorum animas in cælis, in regno, in beatitudine ante faciem Dei. Quia tamen ad hoc credendum, tardi quidam inventiuntur; majori testimoniorum nube illos opprimamus.*

Serm. de S. Martino, *Tota pulchra es patria mea, & macula non est in te: tota pulchra es absque eo quod intrinsecus laeset. Quid illud? nempe illi beati angelici spiritus, & anima sanctorum quæ jam ingredi meruerunt in locum Tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.*

Serm. de S. Humberto, *Non movetur hominum verbis, forius inhaerens, atque salicis Verbo Dei. Ecce, jam coram te est Pater dulcissime, fons ille puritatis quem tanto ardore animi sinebas: ecce immersus es in illam divina pietatis abyssum, cuius memoriam abundantie suavitatis tam devotè eructare solebas. Non ergo super te doleo, cui desiderium anima tua tribuit Deus. Et mox, Temporalia fuerunt que in Humberti morte conspeximus; sed jam obtinet gaudium & læticiam in perpetuas æternitates.*

Sermone quem in transitu S. Malachia habuit; *Congratulamur Fratri, congratulamur ut dignum est, patri nostro, quia & pium est defunctum plangere.*

*Ecclesie
Defini-
tio.*

*Vivunt
in æter-
na felici-
tate.*